

DOCTRINA ET PIETATE ORNATISSIMO
mo Juveni, Dn. Casparo Henckelio de Miscellis Philosophicis
disputaturo, amico suo charissimo.

QUI cupit optatam studiorum tangere metam,
Debet gradu procedere
Recto. Nimirum Sophiam lustrare, deinceps
Ad altiora pergere.

Hoc quicumq; facit, multum sibi proderit ipsi,
Evadet inde doctior.

Artes sed contra stulto qui negligit ausu,
Quaerens onus Colossicum.

Nempe facultatum qui vult studiosus haberi,
Cum regulas syntaxeos

Nesciat: heu probrum! fructum sperabit an amplum
Mandans harena semina?

Ipsa fabro similis, nondum fundamine jacto,
Limen libranti in aere.

Tu Caspare, via quod recta pergis, amicum
Exinde lucrum colliges.

Johannes Dilthey Sigenensis.

ALIUD, AD EUNDEM.

VERNIS aprica lustratis floribus Hybla,
Vitat apes, quos scit posse nocere sibi.
Non etenim qui vis praeberet salubria mella

Flores, nonnulli dira venena solent.
Sic Caspare legis doctorum scripta sophorum:
Seligis, ingenio qua placuere tuo.

Contemnis nugae, nec caca insomnia quaris:
Scilicet atati quod male conveniunt.
Sicut apis, peragrans saltus sylvasq; feraces,
Florum lectorum dulcia mella capit.

Qua sunt grata favis, quaeis cerea texta parantur,
Quaeis fauste vivunt, adveniente gelu:
Sic flores sophia selecti sunt parituri
Succum, qui gratus sit tibi, sitq; patri.

Johannes Solbach.

THESES PHILOSOPHICAE

De

HOMINIS INTEL-
LECTU ET VOLUNTATE,
nec non utriusq; habitibus.

Quas

DEO auxiliante

SUB PRÆSIDIO

M. HENRICI GUTBERLETHI,
PHILOSOPHIAE IN ILLUSTRINASSO-
VIORUM Schola Sigenensi Professoris ordinarii, domini
praceptoris sui colendi, studiosis Philosophiae ve-
ritatis lance publicè ventilandas
proponit

Hieronymus Zichlinsky de Zichlin Polonus.



HERBORNÆ NASSOVIORUM

Ex officina typographica Christophori Corvini.

clō 10 c VIII.



ILLUSTRI AC MAGNIFICODNO. CHRISTOPHORO PRZIMA
& WITKOW &c. domino, Dn. avunculo meo, nec-
non patrono, æternum honorando.

Cogitanti mihi sæpenumero, illustris ac Magnifice domine avuncule, memoriaq; præclarâ veterum philosophorum præcepta evolventi illud Homeri in mentem venit: Turpe quidem est mansisse diu, vacuumq; redisse. Nec inconcinne hoc dictum est. Scivit enim ille poetarum coryphæus, multos reperiri, qui satis diu multumq; peregrinati, in exteris nationibus longo temporis intervallo versati, & post multos annos domum reversi, nihil quod sit cum Reipublica salute, & cum patriæ utilitate conjunctum, afferunt; sed potius curta pallia, pileos turbinatos, mores ineptos & inciviles, stultitiæ multum, sapientiæ parum apportant: illud interim non perpendentes, sumptus quantos faciant; quid patriæ petat splendor; generis exigat decus; parentum ac sanguine junctorum postulent vota atq; suspiria. Ego cum ad me respicio, remq; penitus introspecto, longè mihi aliam mentem insitam gaudeo. Nec enim illorum conversatione unquam delectatus sum, qui ad mercaturam bonarum literarum venientes, nihil esse jucundius ac utilius clamitant, quàm si saltatorium orbem versare assuecant; genio indulgeant; voluptatibusq; variis fruuntur. E contrario autem movet me dulcissima patria; qua nihil charius, nihil delectabilius inveniri sub sole puto: excitat Respubl. quam mihi non exiguum studiorum meorum fructum allaturam spero, si lautâ rerum pulcherrimarum atq; utilissimarum suppellectili (quod supplicibus votis à Deo Opt. Max. peto) instructus, ad vos rediero. Exsimulat me etiam illud, cum in animo ventilo meo, quare ad Academiæ, illustresq; ablegatus sim scholas; quam domi spem & expectationem foveant cognati & amici mei; quid tu, qui hujus peregrinationis meæ author atq; promotor exististi, qui ad bonarum artium studia calcas quasi addidisti, flagites. Sane notum per spectumq; id habeo, neq; id unquam ex animo depono meo. Nunc itaq; cum ex Academia Moguntinensi ob nimiam pestiferi aëris luem secedere cogerer, operæ precium esse duxi, si me in Illustrum ac generosissimorum Nassovicorum Comitum scholam conferrem. Feci; & quantum hæcenus video, non sine optato meo fructu & utilitate feci. nam hic, cum aliquantulum temporis in liberalibus disciplinis cognoscendis insumpsissem, talem docendi modum deprehendi, ut prorsus per suus sim, rem responsuram votis;

100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

& quod optavi, me optatum relaturum. Assertionem itaq; philosophicas de Intellectu & Voluntate, deq; utriusq; habitibus collegi: quas ut prelo typographico traderem, quidam honesti adolescentes studiosi me hortati sunt. Ego multum diuq; mecum col-
luctatus sum, quid facerem; tandem illi hortationi locum dedi, & quia in scholis & Academiis more receptum est, ut prima studiorum specimina studiosi suis Mæcenati-
bus in debitum observantia signum consecrent: cæpi & ego cogitare cuinam has phi-
losophicas meas primitias dedicare deberem. Nullum vero reperi qui esset de me me-
lius meritis, quam tu es: beneficia enim sunt in me tua innumerabilia, & tanta, qua
non dicam exornare, sed enarrare nullus possit. Quare cum ea nondum sint
vires meæ, ut quod me debere fateor, præstare possim: nullus tamen dubito, quin, quod
volo, tibi sit arrisurum. In magnis enim rebus & voluisse sat est. Nec inscitè poeta
dixit: Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. Accipies igitur hanc meam
disputationem pro meo virili elucubratam & elaboratam, singularis meæ in te ob-
servantia symbolum: & quidem accipies, ut confido, fronte hilari & serenâ. Quo mi-
nus de hoc dubitem, jubet me singularis ille tuus, quo me hætenus complexus es &
complecteris, amor & promovendi studium. Deus ille mundi architectus, idemq; pa-
ter noster celestis te & familiam tuam Præsentiorum totam clementer custodiat
ac conservet. Die Januarii anno 1608. Sigena Nassoviorum.

T.

Observantissimus

HIERONYMUS ZICHLINSKY.



THESES PHILOSOPHICÆ
DE HOMINIS INTELLE-
CTU ET VOLUNTATE, NEC
NON UTRIUSQ; HABITIBUS.

I.

Homo divinum animal à Philosophis dictus, à Deo Opt. Max. conditore suo duas accepit dotes præstantissimas, quibus brutis animalibus, omnibusque aliis visibilibus creaturis longè evasit superior, videlicet rationem & ora-
tionem.

II.

De priorè dote, à qua posterior dependet, hac vice disputationem placidam & amicam instituere animus est, simulq; disquirere, quinam sint illi habitus, qui tanquam adjuncta rationis, vel potiùs animæ humanæ, à Philosophis tantopere celebrantur.

III.

Ratio est animæ humanæ suprema vis, qua homo intelligit & vult. Rationis igitur vis duplex est: Intellectus & voluntas, quarum neutra organica est, & neutra in bestias cadit: contra Laurentium Vallam & alios, qui brutis quibusdam rationem tribuerunt.

IV.

Intellectus est prima rationis facultas, quâ homo res quasvis mente suâ percipere, ac de iis disserere potest. Nec enim intellectus certarum rerum cancellis est inclusus, verum ad omnes omnino res sive veras sive fictas sese extendit, earumq; notiones tanquam imagines in se recipit, ut non sine causa dixerit Scaliger exerc. 307. sect. II. Mens nostra aspernatur certorum finium præscriptionem.

V.

Intellectus operatio dicitur Intellectio, νόσις: objectum verò e-

A iij

jus sunt τὰ νοητὰ, id est, intelligibilia. Hæc intellectus, ad operationem accessurus, assequi non potest sine speciebus intelligibilibus: quæ quid sint, inter phylicos non convenit.

VII.

Nos statuimus, species intelligibiles non esse substantias; non esse easdem numero cum speciebus exterioribus quæ in exteriores sensus incurrunt: secus qui frigiditatem intelligit, frigeret; non esse purum putum, nihil; non esse meram ἐξέσιν, id est, relationem ad objectum; sed esse accidens spiritale, quod à phantasia intellectui transmissum rem materialem repræsentat: quæ repræsentatio dicitur rei prima notio, quia est quasi imago rei. Dicitur autem prima notio, ad differentiam notionis secundæ: quæ ex primarum notionum inter sese affectione oritur.

VII.

Intelligibilia duplicia sunt; vel singularia, vel universalia. Utraque enim in natura reipsa existunt, & utraq; ab intellectu cognoscuntur: quia, ut dictum est thesi 4. intellectus omnia cognoscit. Vide Aristot. lib. 3. de Anim. cap. 4.

VIII.

Errant igitur qui docent, singularia ab intellectu non cognosci. nam cum dico: Sol est planeta, hæc sol est aliud quid à natura planetæ universalis, ut Julius Cæsar à natura hominis universalis. Scal. exerc. 307. sect. 16.

IX.

Errant etiam, quod obiter addo, qui volunt τὰ καθόλου in intellectu esse ἀπλῶς, id est, simpliciter; non πῶς, id est, quodammodo, scilicet per species. Nam si universalia non essent nisi ab intellectu, in intellectu essent ἄλλως: quod falsum est, quia universalia sunt res extra intellectum existentes in singularibus per μέθ. ξiv. Vide Scal. exerc. 307. sect. 22.

X.

De universalibus, quod ab intellectu cognoscantur, nulla est controversia: quomodo autem cognoscantur, quæritur: & respondetur, id fieri per abstractionem à singularibus, hoc modo: Certum est, sola accidentia speciem efficere in intellectu: inter quæ sunt locus, tempus & aliæ circumstantiæ: quibus ablatis & mente abstractis, species universalis remanet, nempe natura quædam communis. Ergò, inquis, Intellectus non facit universalia? Resp. Facit, & non facit. Facit, quoad γνώσιν, cognitionem;

gnitionem; per abstractionem non facit, quoad εἶναι, esse: quia jam sunt sub nondum abstractis circumstantiis. Confer Scal. exerc. 307. sect. 7. & sect. 18.

XI.

Intellectus duplex est; contemplativus, vel practicus. Aliæ plures sunt distinctiones, quas hæc præterimus. Placuit enim eam ponere quæ cognitioni habituum facem præfert.

XII.

Intellectus contemplativus est, qui tantum intelligit & ratiocinatur propter cognitionem, ut res verè cognoscat; in qua cognitione simpliciter acquiescit, nec ulterius progreditur. Finem igitur habet veri cognitionem.

XIII.

Intellectus activus est is, qui intelligit & ratiocinatur non propter nudam rei cognitionem, sed propter opus, ut agat vel efficiat id quod bonum esse intelligit.

XIV.

Finem igitur habet boni actionem. Ut autem contemplativus intellectus occupatur in necessariis, quæ aliter sese habere non possunt; ita practicus versatur in iis, quæ contingentia sunt, & sese aliter habere possunt. Sunt qui addunt ποιητικόν, id est, factivum intellectum, cujus cognitio est propter operis alicujus effectum; quod nos non improbamus.

XV.

Hæc est prior rationis facultas; altera jam sequitur, nimirum voluntas; quæ definitur secunda rationis facultas, quæ res ab intellectu judicatas & propositas, ut bonas prosequimur, vel ut malas averfamur.

XVI.

Quæ hætenus de intellectu & Voluntate sunt dicta, præmissimus loco μετὰ διδασκαλίας. Nunc ad id quod rei caput est accedamus, nimirum ad intellectus & Voluntatis adjuncta quædam insignia, quæ Græcis ἔξῃς, Latinis Habitus dicuntur.

XVII.

Est autem Habitus vocabulum homonymum. Primò sumitur pro actu habentis seu rei habitæ, quomodo ab Aristotele sumitur in categoria τὸ εἶναι. Deinde pro qualibet re positiva, cujus dari potest privatio;

sic visus est habitus. Tertio pro certa specie qualitatis, ubi per Habitum intelligitur qualitas acquisita, difficulter mobilis, ut ab Arist. in categ. qualitatis primâ specie describitur. Nos in postrema significatione hoc in loco vocabulum Habitum sumimus.

XVIII.

Ideoq; Habitum definimus acquisitam facultatem ad obeundas functiones eas quas per naturam ita præstare non possemus.

XIX.

Estque habitus vel inchoatus, vel absolutus.

XX.

Inchoatus improprie habitus dicitur, & est nihil aliud quam præparatio quædam & via ad habitum absolutum. Ideoq; ab Arist. non *ἐστὶν* sed *ἀπέχει*, id est, dispositio dicitur: quia tunc subjectum disponitur, hoc est, præparatur ad adeptionem habitus absoluti & perfecti. Non enim fieri potest, ut in humano intellectu perfecti habitus ordinariè acquirantur in momento, cum successivè & per certos gradus ab initiis, intervenientibus crebris exercitationibus, ad perfectionem & summationem ascendatur.

XXI.

Pulchrè igitur Zabarella de spec. intellig. c. 8. Dico igitur, inquit, acquiri in Intellectu ex multiplicatis intelligendi actibus, quandam majorem aptitudinem seu habilitatem ad res intelligendas, quam non habebat prius, eaq; dicitur habitus acquisitus. Nam mens nostra nascitur rudis & inepta ad rerum cognitionem statim capiendam: ideo necesse est ut laboret, investiget, discat & inveniatur &c. Hæc Zab.

XXII.

Absolutus habitus est, qui confirmationem consecutus, difficulter amittitur. Et hoc est quod Zabarella dicto loco addit: sed, inquit, posteaquam intellectus semel aliquam rem apprehendit, si diu in ejus contemplatione versetur, acquirit habitum, i. e. habilitatem quandam quâ potest quando vult, rem illam speculari absq; exercitio & absque labore.

XXIII.

Habitus absolutus siue completus, est vel Intellectivus vel Voluntarius. Usitatum est, inquit Dn. Melancthon lib. 1. Dial. de qualitate, accidentia per subjecta discernere.

XXIV.

XXIV.

Habitus intellectivus, est qui intellectum perficit, & uno nomine appellari potest certa notitia. Melancthon lib. 1. Dial.

XXV.

Ut autem Intellectus est aut contemplativus aut practicus, ita quoque habitus intellectivus. Et ut contemplativus intellectus versatur vel circa principia, quæ theoretica dicuntur, vel circa ea, quæ ex istis principiis deducuntur: ita & habitus contemplativus.

XXVI.

Sunt autem theoretica principia, quæ nobis innata, spectant eas res, quæ nobis duntaxat cognoscendæ sunt: quemadmodum practica nobis innata, spectant res nobis agendas. Innata seu nobiscum nata hæc dicuntur, cujusmodi sunt *καὶ αὐτὰ ἐννοεῖται*, non quod à momento vel conceptionis vel nativitatis homini statim actu insint, sed propter *δύναμιν* seu facultatem, quæ in homine post lapsum remansit, quâ ad actualem principiorum illorum cognitionem pervenire potest.

XXVII.

Quare habitus theoreticus est aut theoreticorum principiorum, aut eorum quæ inde deducuntur.

XXVIII.

Principiorum theoreticorum habitus ab Aristotele dicitur *νοῦς*, id est, intelligentia seu intellectus specialissimè sic dicitur, item mens lib. 6. Ethic. cap. 6. ubi *ἡ ἀρετὴ τοῦ νοῦς ἐστὶν ἡ σοφία* Intelligentiam definit, quod neq; sit ars, neq; scientia, neq; sapientia, neq; prudentia.

XXIX.

Vera autem & genuina definitio hæc sit: Intelligentia est habitus principiorum theoreticorum, quo mens in simplici inspectione illorum versatur, hoc est, quo prima principia medio & causâ carentia cognoscit, cognoscendo illis credit, firmiterque assentitur, ut rectè Intelligentiæ objectum statuatur *τὸ πιστόν*, id est, credibile.

XXX.

Principia theoretica sunt, vel incompleta vel completa. Incompleta sunt simplices notiones, ut: Unum, Verum, Aliquid, Bonum, Ens, non ens, affirmatio, negatio, causa, effectus.

XXXI.

Complexa sunt notiones compositæ, quæ *ἡ ἐξ ἄλλων* dicuntur A-

B

xiomata, quia ab omnibus sanæ mentis hominibus communi quasi suffragio approbantur; ut: Totum quodlibet est majus qualibet sua parte. Nihil fit sine causa. Quæ sunt uni æqualia, inter se sunt æqualia. Vide Nicol. Hemmingium de lege naturæ.

XXXII.

Hujus loci sunt principia complexa, quibus credere nos & assentiri urget Intelligentia non vi demonstrationis à priori; sic enim principia sunt ἀναπόδεικτα, hoc est; indemonstrabilia; sed à posteriori, videlicet vi inductionis per effecta.

XXXIII.

Fuit theoreticorum principiorum habitus, ἡ σοφία, Intelligentia; sequitur habitus eorum, quæ ex illis principiis deducuntur, ut Scientia & Sapientia.

XXXIV.

Scientia, ἐπιστήμη est habitus demonstrativus, quo necessariae conclusiones percipimus per suas causas, quæ sunt necessariae propositiones. Sic igitur ab Intelligentia differt: Scientia non est in simplici inspectione principiorum, sed in deductione conclusionum ex principiis. Principia enim non dicuntur sciri, sed intelligi. Conclusiones verò quæ ex necessariis & immediatis propositionibus tanquam principiis extruuntur, sciri dicuntur: quia cognoscuntur per suas causas. Is enim verè scire dicitur, qui rei causas cognovit, ut docet Aristoteles lib. I. phys. cap. I.

XXXV.

Hujus habitus instrumentum in logica disciplina dicitur syllogismus ἀποδεικτικός, id est, demonstrativus; quia ex necessariis concludit; item ἑπιστημονικός, i. e. scientificus, quia est aptus ad scientiam efficiendam. Quare, ut Intelligentiæ objectum est τὸ πιθανόν, credibile: ita scientiæ objectum est τὸ ἀποδεικτόν, scibile, adeoque τὸ ἀποδεικτόν, demonstrabile.

XXXVI.

Sapientia σοφία, est habitus ex intelligentia & scientia compositus, quo non solum principia, sed etiam conclusiones ex principiis extractas cognoscimus. Habitus est præstantissimus, inquit Zabarella li. I. de nat. log. cap. 2. scientiam cum intellectu conjungens, & veluti scientia caput habens. Arist. 6. Ethic. 7.

XXXVII.

XXXVII.

Et certè sapientem decet non solum principiorum veritatem intelligere, sed etiam ea scire & cognoscere, quæ ex principiis deducuntur & concluduntur. Arist. lib. 6. Ethic. cap. 7. Rectè igitur Tullius lib. 2. offic. Sapientiam rerum divinarum & humanarum causarumque; quibus hæ res continentur, scientiam definit.

XXXVIII.

Tres igitur habitus Intellectus theoretici ab Arist. rectè numerantur, Intelligentia, Scientia & ex his composita Sapientia. Si vis dianoëtica conjungitur cum intelligentia, & ab ea desumit prima & necessaria principia, oritur inde ἑπιστημονικὴ δύναμις: ad quam scientia & sapientia pertinent. Quod si verò vis dianoëtica cum incertis notitiis, quæ non sunt necessaria, sed contingentes, nectatur: non scientia inde, sed opinio, quæ Græcis δόξα dicitur, oritur, quia tunc infirmus est habitus.

XXXIX.

Ad practicum intellectum nunc venimus: qui (ut supra dictum est,) intelligit non propter contemplationem, sed propter actionem. Non itaque duntaxat habet scientiam, sed eam etiam utitur. Nec enim studendum est, ut aliis plus scire, sed ut melius & innocentius vivere possimus.

XL.

Hujus intellectus nos ponimus itidem tres habitus, videlicet σωτηρίων, φρόνησιν καὶ τέχνας.

XLI.

Σωτηρίων est habitus intellectus practici, qui versatur & exercetur circa principia practica, quæ sunt indubitata veritatis axiomata, & regulæ communissimæ à Deo hominum mentibus inditæ, quibus bonum à malo, & honestum à turpi discernere possunt; ut: Honestum sunt facienda; Turpia sunt fugienda; Conveniens homini est hominem servare voluptas. Dn. Melanchthon lib. 4. Dial.

XLII.

Principia practica (ut & theoretica) etiam sunt vel incompleta vel complexa. Incompleta simplices notiones sunt, ut: bonum, justum, honestum, utile, malum, turpe seu inhonestum. Complexa sunt compositæ notiones, ut: justa sunt expetenda, injusta fugienda. De his hoc

in loco agitur. Sunt enim syllogismorum practicorum prima λήματα.
Hemmingius de lege naturæ.

XLIII.

Dicitur autem σωλήσεις ἐπὶ τὸ σωλῆρειν, à conservando, quia conservatur in mente, vel quia attendit & servat practica principia tanquam leges naturæ: ut: Benefactores sunt colendi, est practicum principium: quod dum in mente servatur, dicitur in genere ἐξὶς πρακτικῆ, in specie verò συνλήσεις: quæ voluntati, quid faciendum, quid fugiendum, quid appetendum, quid averfandum sit, facis instar præmonstrat.

XLIV.

Ad hanc σωλήσεις si accedit σωείδης, hoc est, conscientia, quæ occupatur in singulari πρακτικῶ, idq; ad practicum principium, tanquam ad regulam, applicat; nascitur inde syllogismus moralis, qui à philosophis Ethicis dicitur practicus syllogismus.

XLV.

In hoc syllogismo propositio major continet σωλήσεις, quæ dicit: Faciendum quod rectum & justum est. Propositio minor continet σωείδης, quæ vel defendit in bona causa, vel accusat in mala, ut: Ego feci quod rectum est; Ego non feci quod rectum est. In conclusione eadem hæc σωείδης vel absolvit vel condemnat; ut: Ergo ego non sum plectendus; vel, Ergo ego sum plectendus.

XLVI.

Talis fuit syllogismus Petri Apostoli, cum abnegasset magistrum & dominum suum Christum: Abnegator magistri ac domini sui gravissimum committit peccatum. Ego Petrus sum abnegator magistri ac Domini mei Christi. Ergo ego Petrus gravissimum commisi peccatum; id quod agnosco, ideoq; doleo. In propositione est σωλήσεις, ad quam in assumptione σωείδης applicat speciale factum; & quia hoc turpe est, σωείδης ibi accusat, & in conclusione judicem agit, dum Petrum condemnat.

XLVII.

Contrà in Psalmo 7. David sese erigit bonâ conscientiam adversus hostes coram Deo, dum dicit: Judica me Jehova, secundum justitiam meam, & secundum integritatem meam; Syllogismus practicus hic est: Innocens, ab hostis sui crudelitate est liberandus. Ego David sum innocens. Ergo ego David ab hostis mei crudelitate sum liberandus, atq;
ita judi-

ita judicandus secundum justitiam meam: quod tu Jehova facere velis. Hic σωείδης applicata ad σωλήσεις, defendit Davidem; quia causa Davidis bona est, ideoque in conclusione pronunciat, Davidem esse liberandum.

XLVIII.

Alter habitus Intellectus practici dicitur φρόνησις, prudentia; & ab Aristotele lib. 6. Ethic. cap. 5. definitur habitus verus cum ratione consultandi, & agendi ea, quæ homini per universam vitam eveniunt bona vel mala.

XLIX.

Est enim prudentis officium rectè consultare, ἰδὲ βελδιδεῖ, ut loquitur Arist. 6. Ethic. cap. 8. Is autem ad benè consultandum aptus est, qui conjecturâ optimum eorum, quæ in actionem cadunt, excogitando mente capere potest, ut non sine causa Cicero lib. 1. off. prudentiam in perspicientia veri solertiaq; versari dixerit.

L.

Quare ut quis hunc habitum practicum sibi comparet, duo in primis requiruntur: videl. experientia, quæ in singularibus exemplis efficitur temporis diuturnitate; & judicium, quod diligentia & accuratâ observatione, multaq; exercitatione confirmatur. Est enim prudentiæ objectum res consultationi & actioni subjecta. Vide Joh. Casum speculi moralium lib. 6. capp. 5. & 9.

LI.

Tertius & ultimus habitus practici intellectus est τέχνη Ars, quæ ab Arist. lib. 6. Ethic. cap. 4. definitur habitus cum ratione vera in effectione positus seu effectivus. Et quia omnis ars, ut ex hisce verbis constat, consistit in ποιήσει, factum est inde, ut ab hoc habitu Intellectus dicatur ποιητικός, id est, factivus, de quo supra.

LII.

Differt enim ποίησις à πράξει, quod manifestè indicat Arist. dicto loco, cum ait: ποίησις ἢ πράξις ἕτερον. Πράξις in actione sola constituta est, nec post se relinquit opus aliquod extra agentem causam consistens: cujusmodi est actio canentis musici. Sed ποίησις, effectio, præter actionem dirigitur ad aliquod opus, quod actione finitâ extra agentem causam relinquitur: cujusmodi est ædificatio architecti, item sanatio medici, &c.

LIII.

Cum itaque ars tota sit in effectione posita, aliquo modo hinc li-
quet, boni artificis officium esse triplex; 1. ἐν τῷ θεωρεῖν, in contem-
plando. 2. ἐν τῷ τεχνάζειν, in elaborando. 3. ἐν τῷ γινᾶν, in gignendo.
Oportet enim artificem primò in mente sua speculari, quam formam
debeat in materiam introducere, deinde ad ipsam actionem accedere,
ubi tribus opus est mediis, videl. ἀφαιρέσει, id est, ablatione eorum quæ
superflua sunt: secundò προσδέσει, id est, additione eorum, quæ defunt:
ac denique διαθέσει, id est, dispositione eorum, quæ sunt in ordinem re-
digenda. Tertio post actionem debet per artem suam, secundum quam
laboravit, opus aliquod efficere, quo sensu gignere dicitur. Hæc satis
sint de habitibus Intellectus theorici & practici.

LIV.

Habitus voluntarius est qualitas animi, quæ voluntatem perficit.
Vel curio lib. 4. phys. cap. 33. non incommode sic describit: Habitus vo-
luntatis est qualitas animi per consuetudinem & doctrinam acquisita,
docens & invitans voluntatem hominis certius ac facilius bene aut
malè operari in civilibus rebus.

LV.

Quoniam autem, ut supra est dictum, voluntas versatur vel in ap-
petendo vel in averfando id quod ab intellectu est monstratum, rectè ei
tribuitur προαιρεσις, id est, electio, vel potius præelectio, quia scilicet, ut
suum bonum adipiscatur, certa præeligit media, quibus quò vult addu-
citur. Hinc voluntatis habitus à philosophis dicitur electivus, Græcè
ἐξῆς προαιρετικῆ.

LVI.

Habitus voluntarii duo sunt: Virtus & vitium.

LVII.

Virtus est habitus voluntatis seu habitus electivus, in mediocrita-
te consistens.

LVIII.

Vitium est habitus electivus consistens extra mediocritatem, ni-
mirum vel in defectu vel in excessu. Species virtutum & vitiorum pe-
tantur ex libris Ethicorum. Hoc enim in loco satis sit de habitu vo-
luntario in genere monuisse.

LIX.

Atque hæc sunt ea, quæ de habitibus intellectivis & voluntariis
proponere volumus. Cætera quæ monenda sunt, actus disputationis
dabit.

Τῷ δὲ βασιλεῖ ὅτι αἰώνων ἀφθέρτω, μόνῳ σοφῷ θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν,
δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος καὶ ἐξουσία, καὶ νύνη εἰς πάντας
τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.



NOBILISSIMO JUVENI
VIRO, VIRTUTE ET DOCTRINA OR-
natissimo domino Hieronymo Zichlinsky à Zichlin,
amico suo non vulgari &c.

Ergone certa sedet cupida sententia menti,
Abdita rimandi sophia, clausosq; recessus?
Falsa recidendi? nudi vestigia VERI
Infractosq; animo vigilisq; labore sequendi?
In te ipsum descendendi? qua parte viaq;
Praestemus volucris, pisciq; ferisq; videndi?
Perge agendum, & qua mens ducit bona, dirige gressum,
Pasce dape ambrosia Pietatis pectus, & usq;
Ubertim sacra sitientes prolue fauces
Virtutis diva paterà & Prudentia Iacho.
Laurea sudorem impigrum memoranda manebit:
Et tibi & auctori messes effundet opimas.
Nam quod dona poli (queis muta animalia solis
Ante imus) studio ardenti & dulcedine morum
Gnavius excolimus: tantò & nos tollimur istà
Tabifici squalloris humo sublimius, alti q;
Ad regem propius civesq; venimus Olympi.
Unica nos ratio diis immortalibus aequat:
Quam si sustuleris, tetrorum aut face nefanda
Oppleris scelerum: nihil est quod nomina jactes
Vana hominis; pecudes mox transformamur in ipsas;
Quin ita tartareis similes evadimus hydris.

Lubens gratulabundus applaudebat

JOHANNES FILICZKY Scepu-
sius Hungarus.

FARRAGO
PROBLEMATUM
IN SCHOLIS THEOLOGICIS
ET PHILOSOPHICIS DECANTA-
torum, scituq; dignorum,

Quam
Domino os & sapientiam largiente,

SUB CLYTEO
CLARISSIMI AC DOCTISSIMI VIRI,
DN. M. HENRICI GUTBERLETHI, IN INCLYTO
& illustri, Illustrum Comitum Nassoviarum Lycéo Philosophiæ Pro-
fessoris ordinarii, Præceptoris sui summè colendi, publicè theoso-
phiæ saniorisq; Sophiæ mystis in augusto Theologorum
acroaterio discutiendam proponit, & pro
ingenii viribus defendere
conabitur

JUSTUS ALSTEDIUS BALLERS-
bacensis Nassovicus.

Intelligentia præcedat judicium.

HERBORNÆ NASSOVIORUM
Ex officina typographica Christophori Corvini.

MDCIX.